





220.

1551



Répl.
220/1. péld.



~~Eur.~~

~~1882.~~

NARRATIO
DELIBERATIONIS MA-
XIMILIANI IMPERATORIS
ROMANORVM DE BEL-
LO TVRCICO.

ET BREVIS HI-
STORIA TEMPORVM
EORVM QVIBVS HAEC
SVSCEPTA FVIT.

AVTORE
GEORGIO SABINO.

LIPSIAE
EDEBAT VALENTINVS
PAPA.

ANNO CHRISTI
M. D. LI.

Lib. exp. Z...

Reg...

5042
Dec. 1711

III

1534




GEORGIUS

SABINVS IOACHIMO

CAMERARIO,

S. D.



Itto tibi Elegiam
de qua proximis
litteris significa-
ui. Quæ si fortè
non probabitur,
(est enim satis
horrida & ieiuna) permitto tuo arbi-
trio, ut aut proœmium oratione solu-
ta componas, quocumq; argumento
uolueris, & narrationi nostræ præpo-
nas, aut facias de tota re atq; editione
huius Libelli quod tibi uisum fuerit.
Hac in parte officium tuum mihi gra-
tissimum est futurum. Velim autem
ad hunc saltem mercatum libellum
prodire posse: Quem tamdiu premi,
neque mihi placet, & Typographo
cui datus est, incommodum esse exi-
stimo. Videbis igitur ut absoluator
& emittatur in publicum, mihiq;
per Dantiscanos Mercatores ut ex-

A 2 empla

EPISTOLA SABINI.

emplaria mittantur, cum aliquot exemplaribus mearum Elegiarum & Hendecasyllaborum, de quibus antea scripsi. Huc enim nulla adhuc allata sunt exemplaria, præter duo aut tria, quæ Rigenſis Cancellarius abstulit. Hendecasyllabi quidem nostri *οὐ μὲν* illum suum cui dicabantur amiſerunt. De quo aliud nihil scribam, quam fuisse uirum illum amantem studiorum humanitatis, & eum, quod est rarum, qui fortuna moderate, opibus liberaliter uteretur. De cæteris aliorum esse iudicium debet. D. Christophorus Jonas adhuc aberat, cum hæc scriberem, in Polonia, quo missus nuper publice fuit. Qui si reuersus fuisset haberes & ipsius literas de filio tuo, quem illi commendaueras. De quo quidem acceptis litteris quas nunc ad te mittit, & oratione nostri ciuis cognita, fortasse mutabis consilium. Quicquid autem constitueris, in eo diligentiam operæ meæ scito tibi ac filio tuo, nullo tempore defu-

EPISTOLA SABINI.

defuturam esse. Quid præterea scriberem non erat. Nos, ut facimus, amicitiam inter nos conseruemus: Id & per se honestissimum & hoc seculo optimum esse iudico. Tibique idem uideri scio. Hic de uestris periculis & bellis Saxoniciſ, uarij erant & alicubi graues rumores: Tu fac de omnibus rebus me certiore reddas. Velim autem tibi persuadeas, literarum tuarum lectionem mihi esse iucundissimam. Redeo ad prima. Quaeso cures ut Libellus noster elaboretur diligenter & sedulo, ut nostræ lucubrationis opere delectari possim. Tu etiam quid agas, intelligere, & si quid forte scripsisti quod recenter editum sit, abs te accipere cupio. Vale. Tuam familiam uniuersam fac meis meorumque uerbis amanter salutes. Itemque amicos istos meos D. D. Bernardum Zieglerum, & uicinum tuum Alexandrum Aleſium. Iterum uale. Regio monte Prusię. V. Id.

Decembris.

A 3

Ioa

IOACHI

MVS CAMERARIVS

GEORGIO SABINO

S. D.



Vid haecenus editi
onem libri tui remo-
ratum fuerit non ig-
noras. Hoc autem
consilium tuum qd
nuper mihi signifi-
casti, proponendi Elegiam narratio-
ni illi, & tunc ualde probavi, & nunc
acceptam illam, ita ut censes, prapo-
ni scripto tuo curabo, additis etiam
alijs uersib. amicorum tuor. Quod
autem iudicium meum sit de carmi-
ne tuo, non scribam ad te. Benigne
uerò facis, cum permittis mihi tan-
tum iuris in tuos labores, ut liceat mi-
hi etiam planè repudiare, si ita uidea-
tur. Hoc non modò honorificæ sen-
tentie de me tuæ, sed singularis etiam
uirtutis indicium est. Non enim cer-
te multos reperiās, qui non irascan-
tur in hoc genere monitoribus: Quis
que

EPIST. CAMERARIJ.

que non defendere delictum quàm
uertere malint, ut ait Horatius. Sed
neq; ego mihi hanc censuram sumo,
neque tuis scriptis ulla omnino opus
est. Studium autem operæ ac diligen-
tiæ meæ, ut accuratè edatur libellus,
tibi præstabitur. CL. V. D. Christo-
phorum Ionam istinc abesse tamdiu,
neq; me uti eius consilio posse, sanè
molestè fero. Nunc mihi ipsi huius
cognitionis laborem imponi sentio:
Itaq; accerso filium meum, ut quasi
in re præsentè, certè aliquid constitue-
re possim. Quòd me hortaris ad scri-
bendum, & lectionem literar. mea-
rum iucundam tibi esse ostendis, &
currentem, ut dicitur, incitas, & simi-
lem cupiditatē tuā meā mihi indicas.
Tam .n. grata mihi est lectio litera-
rum tuarum, ut nihil mihi doleat ma-
gis, quàm quòd tā longe abes, ut cre-
bras abs te accipere nō possim. Itaq;
ut uerum fatear, interdum breuitati li-
terar. tuar. irascor. Quòd humanissi-
mè mones de tuenda amicitia nostra,

A 4

In

EPIST. CAMERARII.

In eo tibi à me certò polliceor idem
quòd mihi à te, id est, diligentiam &
fidem summam. Officia quidem e-
runt leuia, sed merita non constitu-
unt amicitiam, quæ non requirit qua-
si autoramentum gratiæ, contenta,
ut cæteræ uirtutes, seipsa. Nos qui-
dem in ætatem difficilem incidimus:
In qua nos, tanquã si nauigaremus,
non δυσφορεῖνδαι animis, neque ad
temporum ueluti maris iactatio-
nem, adiungere indignationis uexa-
tionem, rectissimum fuerit. De no-
stris rebus, quæ fama istuc peruene-
rit, nescio, neque me delectat quasi
uentilatio rumusculorum. Confido
Deum propitium protecturum &
nunc & deinceps has regiones, quæ
studijs pijs liberaliter hospitium præ-
bent. De nobis quidem priuatim id
scito, quod responderi uult Theo-
gnis, cuius nuper explicationem sa-
nè operosam absoluius, percon-
tantibus de se, ὡς ἐν μὲν χαλεπῶς, ὡς
χαλεπῶς δὲ καλ' ἐν. Qua quidem for-
tuna

EPIST. CAMERARII.

tuna facile contentus sum: Meum-
que spacium quod semel ingressus
sum, constanter decurro: Et ad do-
ctrinæ extructionem, nostrorum stu-
diorum quasi laterculos minutos sup-
pedito, οὐδέτοι ἀνδρὶ μικρῶν τοὺς μέ-
γλους φασὶν οἱ λιθολόγοι λίθους ἐν κῆ-
δει, ut ait Plato. Sed desino. Te cum
tuis quàm felicissimè uiuere cu-
pio. Mea familia te & tu-
am amantissimè re-
salutat. Vale.

Nonis Ia-
nuarij.



A 5 Ad

AD ILLVSTRISSI-
MVM PRINCIPEM AC DO-
MINVM, DOMINVM ALBER-
tum, Marchionem Brandeburgen-
sem, Prussiae, Stetinensium, Pomeraniae,
Cassubiorum, Vandalorumq;
Ducem, Burggrauium Norin-
bergensem, ac Rugiae
Principem.

GEORGII SABINI PRAEF-
ATIO.

Est crebi pestis, quae tristibus implicat orbē
Dissidijs, passim dira q; bella serit,
Ate nomen habet: ualidis haec gentibus olim,
Terrarum & dominis exitiosa fuit.
Haec Agememnonias affecit clade cohortes,
Cincta quibus Priami mœnia regis erant.
Haec quoq; Thesidas, haec regna potētia fregit,
Inuicti Macedum quae peperere duces.
Haec simul imperij spoliavit honore Quirites,
Dum fera ciuili sanguine bella gerunt.
Threicias eadem gentes haec pestis & urbes
Perdedit: Argolicas haec labefecit opes,
Tūc Othomannus ubi Scythicis irrupit ab oris,
Hellepontiacas & superauit aquas.
Nanq; uoluntates distraxit & agmina regum,
Iunctis ille quibus terga daturus erat.

Hec

GEOR. SABINI PRAEF.

Haec quoq; discordes hoc tēpore cōpulit Hūnos
Turpi seruitio triste subire iugum.
Deniq; Germanis nunc bella domestica nobis
Excitat, ac turbas irrequieta facit.
Nosq; seris itidem conatur prodere Turcis,
Alter in alterius dum mouet arma necem.
Vidit id imperij moderator & arbiter olim,
Qui genuit Patrem Carole Quinte tuum.
Vtq; graues casus, tristesq; auerteret orbi
Clades, & patriae damna timenda suae,
Deuincire pios optato fœdere reges,
Conatusq; domi tollere bella fuit,
Fortior ut iunctis in praelia uiribus iret,
Sæuāq; grassantis frangeret arma Scythæ.
Huius enim rabiem cohibere, piosq; tueri
Esse Deo gratum non dubitabat opus.
Ante sed armatus quā se mouit in hostem,
Et regum sociæ quā coiere manus,
Optimus in medio belli molimine Princeps,
Funere sublatus præueniente fuit.
Atq; opus inceptum (prō tristia fata) reliquit,
Immortale decus quo pariturus erat.
Inuida mors, quare regum conatibus obstas?
Pro lacero Christi qui grege bella mouent.
Fallor? an illius quod es olim uicta triumpho,
Pro Mahometigena stat fauor hoste tuus?
Nam sic Pontificem Turcis quoq; bella parātē,
Diceris Aeneam sæua tulisse piūm.

Ne

GEORGII SABINI

Ne tamen ignorent hæc Caesaris acta nepotes,
 Acta boni debent quæ meminisse duces,
 Sunt calamo conscripta meo: nam talia refert
 A memori semper posteritate legi.
 Olim fors an erunt, quos hæc explere iuuabit
 Consilia, & studio pacis amante sequi.
 At ueluti quondam patris induit arma perempti
 Rex qui Pellea natus in urbe fuit,
 Atque triumphata confecit Perside bellum,
 Ipsius genitor quod meditatus erat:
 Sic quoque nunc utinam se Carolus armet in hostem,
 Exoptata suo bellaque sumat auo. (ceps,
 Ast ego, quicquid id est operis, tibi dedico Prima
 Læta Borussia quo Duce gaudet humus.
 Nec dubito, quin pacis amas, hostisque Scytharum,
 Talia diuino Principis acta probes.
 Nam quoties audis ciuilia bella moueri,
 Inter Christicolæ marte furente duces,
 Et Scythicum nostra gauden' em lite tyrannum,
 Omnia uictrici carpere regna manu,
 Ipse gemens, imo suspiria pectore ducis,
 Temporis & nostri tristia fata doles.
 Tunc licet multis exhausta laboribus ætas
 Occupet, arma tamen sumere dura iuuat:
 Cumque pharetratis committere prælia Turcis,
 Et procul ad Solymas castra locata sequi:
 Si modo suscipiat concors Germania bellum,
 Suppetiasque pijs, auxiliūque ferat.

Viuenti

PRÆFATIO.

Viuenti quoque charus eras: ductore sub illo
 Tempora militiæ prima fuere tuæ,
 Euganeos quando populos, urbemque premebat,
 Martius Adriacæ quas leo gentis habet.
 Sæpius ille tuis applaudens fortibus ausis,
 Maeste animi, aiebat, maeste, uir acer eris.
 Et quæcunque tenes belli præcepta gerendi,
 Tironi senior tradidit ille tibi.
 Te peditum cuneos, & equestres ducere turmas,
 Te docuit tuto ponere castra loco.
 Explorare uias, nec aperto prælia tantum
 Marte, sed hostili conseruisse dolo.
 Adde quod ipse meos tibi cōsecro iure labores,
 Pro meritis uidear gratus ut esse tuis.
 Namque meæ peragunt securæ quod ocia musæ,
 Id tua nimirum cura benigna facit.
 Ampla mihi tribuis studiorum præmia uati,
 Cæsare Virgilius qualia dante tulit.
 Aurea quid referam, quorum mihi multa dedisti,
 Pocula? quid celsæ splendida testæ domus?
 Pro quibus ingratum me nequa redarguat ætas,
 Nominis est æquum me meminisse tui.
 Tempus erit, laudum præconia quando tuarum
 Mæonijs peraget nostra Thalia modis:
 Namque opus institui, ualidæ quo prælia dextra,
 Atque tuæ laudes commemorabo togæ.
 Mons ubi sublimis Helicon se tollit in auras,
 Roscida Musarum floribus arua nitent,

Quos

GEOR. SABINI PRÆF.

Quos neq; Sol æstu, Boreas neq; frigore ledit,
 Nec spoliant ulli ueris honore dies.
 His tibi contexam de floribus ipse coronam,
 E ducibus qualem nemo sub axe gerit.
 Interea Princeps hunc accipe queso libellum,
 Qui licet eloquii forsitan arte caret:
 Attamen egregias res continet, acta q; pacis,
 Hoc tibi præcipue nomine gratus erit.

EPIGRAMMA.

Excita quãdo graui tandẽ Germania somni
 Surgis: an æterno uicta sopore iaces?
 En procul irato gens Turcica uenit Eoo,
 Quæ mouet hostiles in fera bella manus.
 Hæc animis ingens, ingensq; furentibus armis,
 Heu quantum rosei sanguinis una dedit.
 Et iam sæua lues terrarum regna fatigat,
 Inq; tuum properat mox ruitura caput.
 Pelle pharetratos Dijs auxiliantibus hostes,
 Aut tua barbarico subijce colla iugo.

Dauides Milesius.

AD LECTOREM

ANDREAS MVNCE

RVS ELBINGEN

SIS.

Ergo ne tot passim lachrymæ uoluentur ina
 Aut surdis fient tristia uota Dijs? (nes,
 Publica seu clades nil desidiosa fatigat
 Pectora, uirtutis munere cassa suo?
 Turcica quod rabies licite grassata tot annis,
 Stamina prædandi tam diuturna trahit,
 Nec semel optatas armare in bella cohortes,
 Aut hostem patria pellere tempus erit?
 Mentibus usq; adeo uincens pavor excutit omne
 Robur, & est uirtus prisca sepulta situ?
 Hei mihi, si nihil est moueat Germania quod te,
 Sit patrib. saltem degenerasse pudor. (bis
 Quid proauos iactas, ueteri quid Marte super=
 Hic tua si segnis pectora torpor habet.
 Excidium patriæ seu depopulata tuorum
 Mœnia, si placida fronte uidere potes,
 Sæuior es monstribus, quotquot Rhodopeius Or=
 Mouit ad Aoniæ plestra canora lyra (pheus
 Dispar est illis ratio te digna mouere,
 In saluos seuo Marte furente lares.
 Est meminisse dolor tam crebra clade subactas
 Vrbes, Europæ barbara iura pati.
 Illa pijs curæ si saltem Regibus essent,
 Non ita sæuient arma cruenta domi.

Non

AD LECTOREM.

Non ita dissidijs patrias ciuilibus oras
 Vastarent, nullo bella mouente foris.
 Mutua sic olim frangebatur viscera ferro
 Quæ nunc fert durum Græcia capta iugum.
 Quæ si suppetias poterat cum ferre, tulisset
 Thracibus, allata iam fruerentur ope:
 Nunc tua res agitur discors Germania, cauto
 Si sapias exemplo sint aliena tibi.
 Vnius ob noxam bellum mouisse Pelasgos
 Iliacis constat per duo lustra foris:
 Cur non pro populis pro libertate tuorum
 Totq; tuæ gentis millibus arma geris?
 Quo tibi si melior ratio non offeret ulla
 Ciuica sax quam si pace sopita foret:
 Huc tua te uirtus uocat, huc tibi p̄ximus ardēs
 Ignis, idem cineres et tua busta rogant.
 Id facunda monet uatis te Musa Sabini,
 Mortuus id Cæsar Maximiliane petis,
 Quando Duces inter confecta pace uolebas
 Fortiter in sæuos bella mouere Getas:
 Sed præmatura Parcarum lege perempto
 Inuida creduntur fata fuisse tibi,
 Vt quo fera tuis cessisset gloria gestis
 Illud p̄ficeres Carole Cæsar opus. (dextro,
 Memnonis hūc genitrix precor hunc o Sydere
 Et roseo letum nunciet ore diem.

DE BELLO TVR. INFER. 1



OSTQVAM NVN
 ciatum est, Selinum Tur-
 carum regem, capta Sy-
 ria atq; AEGypto, denun-
 ciare bellum Pannonijs:
 Maximilianus Cæsar, in-
 testinas Christianorum di-
 scordias componendas esse duxit, ut omni cura
 in unum Turcicum bellum incumbere, & cæte-
 ros ad tantæ tamq; gloriosæ rei societatem at-
 trahere posset. Nisi enim communi consensu
 omnes regum opes ac uires immanissimo ac po-
 tentissimo hosti opponerentur, ab eo pertime-
 scendum uniuersæ reipublicæ Christianæ inte-
 ritum iudicabat. Nec ignorabat, Imperatorem
 Constantinopolitanum & Principes Græciæ,
 paulò ante in extremam calamitatem incidisse,
 ac penitus deletos esse, dum ferali discordia di-
 straherentur. Erant autem in Maximiliano cum
 cæteræ uirtutes magno uiro dignæ, tum uerò ijs
 artibus, quæ in summo Principe existere de-
 bent (uidelicet scientia regendæ reipublicæ in
 pace, & peritia rei militaris) longè omnes ex-
 cellebat, non tantum suæ ætatis reges: eratque
 prorsus ut ille summus apud Homerum Impe-
 rator, & rex optimus, & fortissimus bellator.
 Nam inde usq; ab adolescentia per omnem ui-
 tam, multa eum maximèq; uaria bella exercue-
 runt:

runt: in quibus res magnæ omnes, ductu, uirtute, & consilio ipsius gestæ sunt. Diligentissimè antequam acie dimicaret, pugnandi opportunitatem præuidebat: & in ipsa acie consilio & magnitudine animi singulari utebatur, quaterdum cum haberet infirmiores copias, aut iniquo loco prælium committeret, tamen hostium exercitus dissipauit, aut elusit. Atque ita responderunt exitus uirtuti & felicitati eius, ut cum gesserit plurima bella cum potentissimis regibus ac populis, coegerit ad pacem petendam omnes. Ita enim gerebat bella, ut cum patris principatus defendisset, non appetere aliena regna, sed tueri etiam & augere exterrorum Regum opes & dignitatem, honestum putaret. Adolescens postquàm duxit Caroli Burgundi filiam, cum Galli armis repeterent Burgundiam & Flandriam: neque magnitudine copiarum unquam perterritus, neque diuturnitate belli, quod aliquot annos magna pertinacia gerebatur, fractus est: sed sæpe ingentes exercitus parua manu fudit & fugauit: & constantiam tantam præstitit in reprimendis hostium conatibus, ut ad extremum Galli spe abiecta recuperandi Belgici, pacem ultrò expeterent. Post pacatam ditionem Burgundicam, properauit in Austriam, ut patrum Ducatum recuperaret. Nam Matthias rex Pannoniæ, bonam Austriæ partem

tem ademerat Friderico III. metuens ne post suam mortem, Austriaci regnum Hungariæ sibi uendicarent. Ac Maximilianus non tantum recepit patrum Ducatum, sed etiam ingressus Hungariam cum exercitu, bonam regni partem occupauit, & Albam Regalem expugnatam uiccepit. Quamquam autem potiri uniuersa Hungaria posset, tamen & propter necessitudinem, quæ ei cum Regibus Poloniæ erat, ex quorum familia Regem Hungari accersierant: & ne grassantibus eo ipso tempore Turcis in Mysia, præberet contentio de regno occasionem inuadendæ Hungariæ: duxit sibi regem recens accersitum, cum quidem cognatus esset, matre natus Austriacæ, certis conditionibus adiungendum esse: eique Hungariam reliquit. Sequuta sunt deinde alia bella, Flandrense, Geldrense, & Helueticum, in quibus non solum ipsius uirtus in subiugandis hostibus enituit, sed etiam in uictoria singularis moderatio laude digna fuit. Postea exarsit ingens bellum in Bauaria, cum Palatinus Rheni, partem Bauariæ sibi uendicare conaretur, nec ab eo consilio æquissimis conditionibus, à Maximiliano propositis, abduci posset. In eo bello Maximilianus aliquoties acie dimicauit cum Palatini exercitibus. Ad extremum etiam acerrimum prælium cum auxilijs Bohemicis commisit, in quo cum Bohemi ueteri quadam

quadam disciplina uallo muniti se defenderent Bombardis, ipse in prima acie euerso uallo impetum in hostes fecit, & suos percussos ac dubitantes sequi se in praelium coëgit. Ita trucidatis quatuor millibus Bohemorum, reliquos in fugam uertit: Et cum Bauariam periculo liberauit, tum Palatinum ad pacem petendam compulit. Sed quantum consilio & magnitudine animi excelluerit, clarius etiam in Veneto bello conspici potuit: in quo cum intelligeret quanta esset Venetorum potentia, pertraxit ad belli societatem Regem Gallorum Ludouicum XII. Munitissimas urbes, Patauium, Veronam, Brixiam, & plerasque alias, partim ui expugnauit, partim arte ad deditionem coëgit: sæpe magnos exercitus Venetorum profligauit: cumque Veneti summam imperij commississent Bartholomæo Liuiano, quem unum, (quia omnium eius ætatis Ducum callidissimus & peritissimus in Italia putabatur) opponendum esse Maximiliano censuerant: nunquam neque ullis ab eo difficultatibus circumuentus, neque acie uictus est. Ipse uerò Liuianus cum sæpe alias, tum in illa memorabili pugna Vicentina, & consilio & fortitudine superatus est. Nam cum essent exigue nostrorum copiae, & Liuianus adeo certam sibi uictoriam promitteret, confusus & numero & loci opportunitate, ut euocaret Venetos ex ur-

be uelut

be uelut ad spectaculum, ad uidendam cædem Germanorum, nostri intellecto hostium consilio cum essent non amplius quinque millibus, ne à multitudine circumueniri possent, properant, ut uicinum tumultum occupent, ubi iniquo loco hostes pugnare cogebant, & inde tanto impetu decurrerunt in Venetos, ut amplius sex millibus trucidatis, magnam multitudinem etiam intermum, qui spectatum uenerant, in castris ceperint. Cum Cæsar res Venetorum grauer afflixisset, & plerasque eorum urbes teneret: Paulus Iulius desciscit ad Venetos. Habebat autem Iulius firmissimas copias, & quia uideri uolebat eò se ad Venetos conferre, ut Italiam quæ à Germanis & Gallis dilaceraretur, his miseris liberaret, facile sibi reliquam Italiam adiunxit. Erat itaque bene paratus, & animo, ut solebat acri bellum gerere cœpit. Quare et Ludouicus iam maiore cura rem gerendam existimans, bellum apparat omnibus uiribus. Cum igitur uideret Maximilianus, quanta belli moles impenderet, & intelligeret in summo periculo futuram Italiam, si Galli essent superiores: hortatur Pontificem per legatos, ut autor pacis esse malit, quàm excitare maius incendium, quod uniuersæ Italiae uastitatem allaturum uideretur. Sed cum hæc frustra ageret, ingenti praelio Pontificius exercitus uictus est à Gallis ad Rauennam. Nun-

B 3

quam

quam nostra memoria acrius dimicatum est, nulla facta maior strages, quam in eo praelio. Ita enim & Iulius ipse iudicauit, accepta hac clade, in extremo periculo se, & uniuersam Italiam uersari. Quare statim cum Maximiliano de pace agit, qui ut Italiae saluti consulere, Ludouico etiam pacis autor erat. Sed cum ille ira atque odio Pontificis, arma abicere nollet, & minaretur urbi Romae, iam sollicitus de publica Ecclesiae tranquillitate, deque Italiae libertate Maximilianus, armis ex Italia retrahendos esse Gallos censuit: idque subito contractis magnis copiis, concitatis etiam Anglis et Burgundis, perfecit. Ad hanc excellentem ingenij atque animi uim, adiunxerat admirabilem quandam moderationem, quae quam necessaria sit in summa potestate, quam utilis reipublicae, quantum habeat uerae laudis, exempla monstrant utriusque generis. Nam haec uirtus in multis praestantissimis Heroibus desideratur, qui in uictorijs facti sunt insolentes, superbi, crudeles, & omnia ad suam potius utilitatem seu ambitionem, quam ad communem salutem hominum retulerunt. Neque enim aut Pompeius irritasset Caesarem, aut Caesar irritatus cum tanto reipublicae detrimento priuatam iniuriam ultus esset, nisi uterque animo suo morem gerere, quam in commune consulere reipublicae maluisset. Non dicam hic de Sylla, Mario & si-

milibus,

milibus, quorum non solum infinita ambitio, sed crudelitas etiam barbarica, odio digna fuit. Quanto plus uerae laudis meriti sunt Scipiones qui adeo domi modesti fuerunt, ut quamuis non leuibus iniurijs prouocati, tamen nihil paulo uehementius unquam fecerint, nulla noua consilia contra leges susceperint. Talis fuit in Maximiliano moderatio, semper ut communem orbis tranquillitatem, priuatis & utilitatibus & affectibus anteferebat. Saepenumero uictor cum aliena regna, cum aduersarios funditus delere posset, tamen perfectis bellis ostendit se publicae tranquillitatis tuendae causa arma summis. Nam repressis hostibus qui publicam conturbauerant tranquillitatem, & iniusta bella mouerant, mirabili clementia seu errorem, seu temeritatem condonare solitus est. Ac si quis alius Regum ulla aetate, hic uere praestitit id, quod ad summum Regem Alexandrum Aristoteles scripsit, cum hortatur eum, ut meminerit regna dari summis uiris, ut uniuerso generi humano prosint, non ut superbi & contumeliosi sint aduersus imbecilliores. Nam cum natura esset, ut a sapientissimis uiris audiui, qui eum familiarissime norunt, ingenio modestissimo, accessit etiam sanctissima doctrina Christianae religionis, quae eum incitabat, cum ad ceteras uirtutes colendas, tum maxime ad moderationem in imperio, ut meminisset

nisset se non casu, nō humano consilio, sed diuini
 tus in hoc fastigium rerum humanarum euectū causam adiungeret, passus est eum retinere
 esse, non ut licentiam haberet suarū cupiditatū Mediolanum. Ita pacata Europa anno M. D.
 explendarū, sed ut totius generis humani utilitas XVIII. conuentum Augustæ indixit, in quo
 ti cōsuleret, & ut Dei gloriā ac religionis tran conuentū, cum de omni ratione mouendi belli
 quillitatem præcipue defenderet. Quare ania aduersus Turcas esset cum Germanicis Princi-
 mos eorum quos armis uicerat, sanare & ad of- pibus deliberaturus, curauit ut eò uenirent et
 ficium reuocare maluit, quàm funditus eos de- iam Romani Pontificis, & omnium Regum le-
 lere. Et sæpe propter tranquillitatem Christia- gati, ut intelligi posset ceteros reges non desu-
 ni orbis, grauissimas iniurias dissimulauit. Cum tuos esse communi causæ. Multis iam annis
 tanta in eo publicæ salutis esset cura, excitauit non fuerat frequentior conuentus. Nam Electo
 eum non solum potentia, sed multo magis felices ibi erant sex, & ceteri Principes potentio
 citas Selini, qui subito potitus erat Syria atque res pleriq; omnes: Aderant & Regum plurimo
 AEgypto, ut omnibus alijs negotijs omis- sis, Re- rum legati. Leonis X. summi Pontificis, legati
 gum ac Principum omnium totius Europæ ani- erāt Matthæus Langius Archiepiscopus Sals-
 mos, ad reprimendos Turcas accendere conari- burgensis, & Thomas Caietanus Cardinalis S.
 tur. Quam ad rem habebat hortatores amicis: Sixti, qui quoniam ex urbe Roma adueniebat,
 simos Reges, cognatione ac fœderibus sibi de- non statim initio conuentus aderat. Itaq; Cæsar
 uinctos, & qui periculo, quod à Turcis impen- initio, Principum ac populorū Germaniæ caus
 debat, erant proximi, Vladislauum regem Hun- sas audiuit, & controuersias diremit, ne qua
 gariæ, & Sigismundum regem Poloniæ. Itaque priuata dissensio postea deliberationes de bel-
 cum uideret ad rem tantam Italiæ tranquillitatis Turcico interturbaret. Et quoniam consili-
 opus esse, primum Venetos fractos iam longum de eo bello mouendo ad salutem totius orbis
 bello, ac petentes pacem, certis conditionibus Christiani pertinebat, existimabat Cæsar tum
 sibi adiunxit, & ne qua odij, aut belli semina es- demum ea de re esse referendum ad Principes,
 sent reliqua, & beneficio deuincti meliores es- cum aduenisset Legatus Pontificius, ut magis
 sent, aliquot urbes, in quibus Verona erat, ul- intelligi posset, hanc tantam rem non priuato
 trō illis cessit, ac tenendas dedit: & ut regem agi consilio, sed ex officio Imperatoris, & fla-

gitante summo Pontifice, nomine uniuersæ Ecclesiæ Christianæ, quod pro uniuerso orbe, uelut in statione esse summus Pontifex & Imperator debeant. Atq; hanc opinionem profuturam nationum ac Regum, quorum aderant legati, & ad uoluntates Principum Germaniæ incitandas. Cum igitur tandem mense Augusto aduenisset legatus, egressi obuiam Cæsar & omnes Principes Germaniæ, ante portas urbis Augustæ, eum magnificè exceperunt. Post dies aliquot Cæsar adhibitis Principibus & omnium Regum ac Nationū legatis, in maxima frequentia omnium ordinum, eum audiuit exponentem mandata summi Pontificis, & hortantem publico nomine uniuersæ Ecclesiæ Christi, præcipue Imperatorem, deinde Principes, & Regum legatos, ut communi consilio atque animo bellum pium & necessarium iam tandem susciperent: ut Græciam atq; Asiam ex turpissima & miserissima seruitute eriperent: ut hostes grassantes iam in uicinis regnis reprimerent: ut orbem terrarum crudelissimo latrocinio, & sacrilega & nefaria secta, contumeliosa in Christum, liberarent. Addebat etiam de Leonis X. uoluntate, neq; auctoritatem, neq; opes Pontificias, neq; consilium eius ulla in re huic communi causæ defuturum esse. Hoc consilio Leonem initio Pontifi-

catus

catus dedisse operam, ut pax Italiæ restituere-tur, cum quidem iustiores bellorū mouendorum causas habuisset, quàm pleriq; antea: sed priuatas iniurias eum condonasse publicæ necessitati: cūq; cæteris Regib. hortator esset pacis, uoluisse etiam eum exemplo ipsis præire et inuitare, ut omnis intestinis bellis in commune consulerent. Opes uerò Pontificias nusquam melius collocari, quàm in hunc usum, nullam gratiorum Deo Eleemosinam posse præstari, quàm hanc, qua tot gentes simul e seruitute & impietate eriperentur, et nefaria impietas deleteretur. Huic orationi cum grauem querelam addidisset, de earum Gentium ærumnis, de contumelijs religionis: & commemorasset, quantis incrementis, exiguo admodū tempore potentia Turcarum aucta esset, non tam uirtute ipsorū, quàm Christianorum Regum seu negligentia seu intestinis discordijs: adiecit se, eò ista apud Principes Imperij queri, quia huic nationi Germanicæ præcipue commissa esset defensio Christiani orbis, nec alium Ducem tanti belli iure designari posse, nisi Imperatorem. Quare hanc nationem, ut excellit non solum gloria rei militaris, sed etiam Imperij dignitate, primum debere arma capere, anteferre priuatis affectibus communem salutem Ecclesiæ, & Imperij dignitatem. Nec nobis alibi Ducem querendum esse nec,

nec nationem amantem libertatis cogi, ut exter-
nis imperijs pareat. Habere nos Maximilianū,
qui prudentia, uirtute, scientia rei militaris, non
solum ceteros Reges, sed etiam clarissimos ac
peritissimos omnium Nationum excelleret, nec
destitui cum felicitate in rebus gerendis: Et De-
um rectis & pijs consilijs, & Ecclesiæ uotis as-
futurum esse. Hæc oratio cum iustam & gra-
uem querelam habuisset, & uerè commemoras-
set, quanto in periculo esset uniuersa Ecclesia,
quàm pium, quàm necessarium esset, omnes bo-
nos ac fortes uiros ad hoc periculum depellen-
dum accurrere, non solum summi Pontificis, sed
ipsius Ecclesiæ Christianæ, uox esse iudicaba-
tur. Itaq; cum Cæsar in præsentia pauca dixis-
set de sua uoluntate, & ostendisset, se summis
uotis hunc consensum Nationum semper optas-
se, ad bellum inferendum Turcis: & adieciisset,
de ratione belli gerendi se cum Principibus de-
liberaturum esse: mirifica erat expectatio omni-
um ordinum. Nam cū omnes Principes sua spon-
te optimè animati essent erga hanc causam,
sed uiderent opus esse ad rem tantam suscipien-
dam, peritissimorum deliberatione, maxime cu-
piebant ab ipso Cæsare, propter illius excellen-
tem prudentiam, & usum in re militari, ratio-
nem parandi & gerendi belli proponi. Cum
Cæsar sic affectos esse animaduerneret, uenit in
confessum

confessum Principum post paucos dies: cūque
consalutatis eis, assedisset, cœpit exponere con-
silia & uoluntatem suam in hanc sententiam.

Frequentia uestra, quæ & hoc tempore præ-
cipuè necessaria est Reipublicæ, & mihi per-
grata: nō obscure indicat uoluntatem uestram,
& studia erga hanc causam, propter quam do-
mo exciti estis. Cum enim tam cupide adueneri-
tis, postquam in literis significauimus nos de bello
Turcico acturos esse: facile intelligo uos ipsos
(ut decet sapientes Principes, & uiros fortissi-
mos) & intelligere quid à uobis totus orbis ter-
rarum, uniuersa Christi Ecclesia, dignitas huius
Imperij requirat: & animos uestros ea uirtute
ac fortitudine præditos esse, ut bellum omnium,
quæ unquam fuerunt, iustissimum & gloriosissi-
mum, omnibus uotis expetatis. Quare existimo
mihi non longa oratione ad uos incitandos opus
esse, & expectari à me potius clasicum ad infe-
renda signa, quàm hanc in toga, & in curia ad-
hortationem. Sed tamen belli magnitudo & dif-
ficultas primum deliberatione quadam eget,
non utrum sit inferendum: Nam etsi hostes nos
bello non lacerarent, non in finitimis locis, &
penè in conspectu nostro grassarentur, tamen
oportuit nos liberare orbem terrarum hac cru-
delissima atq; impia barbarie, & ex miserrima
seruitute tot Nationes oppressas, eripere. Sed
illud

illud deliberandum est, cum tantæ sint opes ac
uires Turcici regni, cum exercitus in longin-
quas regiones traducendi, cum fortassis pluri-
bus locis & longo tempore bellum futurum sit,
quantis opus sit copijs, an una Germanica natio
tantos conficere exercitus, tolerare sumtus, ar-
ma, equos, stipendium, commeatus, suppeditar-
e possit: Qui Reges, qui populi, ad societatem huius
ius pulcerrimæ militiæ adiungi possint: An itur,
in Europa pax constituta sit, ne me, & uos, e-
medio cursu reuocent homines perfidi: Qui, ut
sæpe antea accidit, uel per occasionem occupa-
re nostra conabuntur, uel turpi aliqua cum ho-
stibus pactione facta, metuent, ne fines Imperij
proferamus. De his rebus scio à me requiri or-
tionem à prudentibus omnibus. Nam me quidem
in hoc Imperij fastigio, non solum in acie Du-
cem esse, sed multò magis huius publici consilij
Ducem atq; autorem esse conuenit. Quare n-
de his tantis rebus, diu multumq; tot iam exerci-
tibus, profectò reprehensione omnium digni
essem. Sed mihi credite, cum ab auspicijs meis
recuperata Austria, post mortem Regis Hun-
garie Matthie Hunniadæ, cumque expulisset
ingentem exercitum Turcarum ex Croatia, ni-
hil magis in uotis mihi fuerit, quàm ut mox ex-
ercitus in prouincias Turcarum traducerem

nunquam

nunquam postea de hoc bello cogitare desij. Ac-
tum quidem occasio percommoda erat huius
rei suscipiendæ: Nam post Mahometi mortem
magna de successione inter fratres discordia
erat. Sifimus etiam armis inuadere regnum co-
nabatur. Quare in his prouincijs non satis fir-
ma præsidia erant: & ut quantum possem, pro-
uiderem, ne qui domestici motus nos remoraren-
tur, legem de uestra sententia tuli, in quodam
conuentu, de pace decennali. Verum qui me hæc
parantem fluctus subito exceperunt? Galli non
solum me de possessione Burgundia per sediti-
onem deicere conati sunt, sed etiam meo capiti
insidias per summum scelus, struxerunt. Postea
Italia, quæ proximis annis singulari consilio pa-
tris mei pacata fuerat, iterum Gallicis armis per-
turbata est. Nam proximo anno post mortem
patris mei, Carolus VIII. cum ingenti exerci-
tu bonam Italiae partem hostiliter peruagatus
est. Etenim non modo Neapolitanum regnum
occupare conabatur, sed & Mediolanenses bel-
lo adortus est. Qua ex re animaduerti potuit,
cum totius Italiae dominationem sibi polliceri.
Itaq; & misi auxilia in Italiam ad defendendos
Mediolanenses contra Gallum, & eò exercitum
ipse adduxi. Ad hæc incommoda, tumultus Hun-
garici eodem fere tempore accidebant. Postea
dum orta bella undique in Germania & Italia,
consilio

consilio atq; armis sedare contendo (ut postulat necessitas publica) diutius quam uolebam differre consilium de mouendo Turcico bello coactus sum. Sed quantum iudicare possum, inuinitus ita res extracta est: Nam & tempus in re, & hæc bella afferunt nobis magnam facilitatem & commoda ad Turcicum bellum. Patim enim sunt domiti armis hi, quorum potentiam absentes formidaturi eramus. Hispania ac Neapolim tenet Carolus meus Nepos: Belgundia tota tranquilla est: Gallum nobis beneficio ac fœdere deuinctum, ad societatem bellicam ut spero, adiungemus. Quare certam tranquillitatem domi promittere nobis possumus. Hoc put est negotij. Nam reliqua pars deliberationis multò est facilior. Hæc me cura iam amplius uiginti exercuit, præcipue quomodo pacem in Europa firmam constituerem: Hæc mihi finem omnium bellorum semper proposui non ut latius fines regni extenderem, sed ut illis oportebat, ut Græciam & uicinas provincias crudeli seruitute liberaremus. Nam si quis putat mitia aut tolerabilia esse Turcarum imperia, is longè fallitur: nec nobis de imperij laude cum illis certamen est, sed de religione, de disciplina, de coniugum & liberorum pudicitia. Præcipue autem grassantur in nobilitatem: nec solum possessiones certæ uictis nullæ relinquuntur, sed etiam lixæ, & gregarij milites rapiunt

Turcis

Turcicum bellum aliò consilio parare, quam quia necessarium & pium esse iudico. Quare ubi pauca addidero, postea reliquam deliberationem, de copijs, de comitatibus, deq; modo belli gerendi pertexam: Quæ, domi pace constituta, non potest difficilis uideri uobis, qui periti estis rei militaris, & quibus Germania satis nota est: denique qui arma, & opes, & hanc Imperij dignitatem tenere nos scitis, ut uitam, & omnes fortunas nostras, ad defensionem & publicam salutem orbis terrarum conferamus. Nec uerò quenquam è uobis quidem arbitror esse, qui Turcicum bellum parum necessarium existimet, aut postulet ut alij potius Reges, aliæ Nationes sibi has partes sumant. Nam etiam si Turcæ suis finibus iam contenti, non proferrent arma longius, nec nobis periculum denunciarent, nos quidem, quibus Deus præcipue commendauit orbis Christiani defensionem, bellum inferre illis oportebat, ut Græciam & uicinas provincias crudeli seruitute liberaremus. Nam si quis putat mitia aut tolerabilia esse Turcarum imperia, is longè fallitur: nec nobis de imperij laude cum illis certamen est, sed de religione, de disciplina, de coniugum & liberorum pudicitia. Præcipue autem grassantur in nobilitatem: nec solum possessiones certæ uictis nullæ relinquuntur, sed etiam lixæ, & gregarij milites rapiunt

C

ad

ad supra nobilissimas atq; honestissimas matro-
nas, uirgines, pueros: Ad hæc multis modis ex-
tinguunt ac delent Christianam religionem.
Hæc, sunt magnæ & iustæ causse, quæ uiris for-
tibus ad tuendam gloriam Dei, & salutem om-
nium gentium arma induant. Quare ingenti do-
lore afficior, cum cogito Græciam, quæ non so-
lum doctrinarum parens est, sed etiam omni lau-
de uirtutum excelluit, & diu florentissima pars
Ecclesiæ Christianæ fuit, nunc tali seruitute op-
pressam esse, in qua, cum cætera dictu fœda atq;
horrenda perferenda sunt: tum etiam religio
penitus aboletur: & auget meum dolorē, quod
res gestæ præcipuè testantur, Græciā non spon-
te, aut sine certamine accepisse hoc iugum. Illa
uero multos annos fortissimè dimicans tandem
concidit, non uirtute superata, sed quia solā tan-
tam hostium multitudinem, & tam longum bel-
lum sustinere non poterat. Audio etiamnum tan-
tam esse uim ingeniorum, tantam uirtutem Græ-
cæ nationis, ut non alia gens præstantiores Du-
ces Turcis suppeditet, quàm Græca, qui, ut au-
dio, quanquam ritibus imbuti Turcicis, tamen
memores nostræ nobiscum necessitudinis, inuiti
bella gerunt in nostris prouincijs. Hanc certè
Nationem, quæ pulcerrimum ornamentū Chri-
stiani nominis, quæq; cum maioribus nostris san-
guine, fœderibus, & multis officijs coniuncta
fuit,

fuit, cum ob cæteras causas oportuit nos in li-
bertatem uindicare, tum ob hæc merita, quod a-
liquot sæculis immanem illam barbariem fortis-
simè represit, & à nostris ceruicibus depulit.
Nullum enim iustius est officium, quam seruato-
ribus, calamitate aliqua fractis, rursus opem fer-
re, & parem gratiam referre. Sed quò me do-
lor abducit? Tanta est enim non solum regnan-
di cupiditas, sed multo magis humani sanguinis
sitis, tantus furor in Turcis, ut non reliquerint
nobis deliberationem de inferendo bello libe-
ram, sed de propulsando bello, de defensione re-
ligionis Christianæ, quam ubique terrarum de-
lere conatur illa barbaries, consilium capien-
dum est: retinenda est huius Imperij maiestas,
tuendæ coniuges & liberi nostri. Nisi enim oc-
currimus, paulò post domitis uicinis gentibus
in media Germania uidebitis excindi urbes, in-
flammari templa, rapi ad omne flagitij genus
coniuges & liberos, diuelli infantes à complexu
parentum atque interfici, medias secari graui-
das mulieres, illo acynace barbarico: fanaticæ
religiones, quibus iniciati sunt, ne quidem con-
cedunt eis ocium, sed lege cogunt imperium
extendere. Et successus tanti, tamque prospe-
ri, annorum ferè ducentorum, addunt eis ani-
mos, ut quiescere nullo modo possint. Quòd si
tanta fuit gloriæ atque Imperij cupiditas, tanta

audacia tunc, cum uires haberent admodum exiguas, nec quicquam nisi littus ad Pontum Euxinum tenerent, ut non mari, non montibus, non magnitudine Græci imperij deterriti sint, quò minus in Asiam et Europam impetum facerent, cum quidem magnas insuper clades acciperent: an nunc adeptos tantam potentiam, tantas uires, & hoc fastigium, existimatis non delectari Imperij gloria? Ac uero acerrimus est stimulus in bellicosis ingenijs, armorum & Imperij decus: præsertim si aspiret etiam fortuna. Multæ autem nostræ clades numerari possunt inde usque à prælio quod Sigismundus Imperator cum Turcis infeliciter commisit: cum interea nullam ipsi insignem cladem acceperint. Itaque in tam felici uictoriarum cursu, quam non cessarint uictis. Vt enim omittam res gestas superiorum, Mahometus qui me puero floruit, summa celeritate, ceu fulmen quoddam, magnam Europæ partem peruagatus est: cum in Pannonijs infeliciter dimicasset, uictus à Ioanne Hunniade, nequaquam animo fractus est, sed Constantino-polim adortus, diu obsessam, tandem anno, antequam natus sum, sexto, ui captam diripuit, crudelissime interfecto Imperatore Constantino, cognato nostro, & raptis ad stuprum eius liberis. Postea capta Thracia, Mysiam inuadit, ac ferè toto Illyrico domito, & occupato regno

Bosnæ,

Bosnæ, Græciam adortur: Corinthum ui expugnat, & Peloponesum ditioni suæ adijcit, interfectis Palæologis, Demetrio & Thoma fratribus. Tot regnis ac prouincijs in Europa potitus, adeo non recepit se in ocium, ut subinde maiora spe atque animo conciperet. Constitutis prouincijs in Europa, traiecit in Asiam, Trapezuntem expugnat Rege interfecto. Deinde Mytilenen armis coepit: cumque iam minorem Asiam ac ponti oram uniuersam teneret, transfert bellum in Syriam & Aegyptum. Sed cum Sultanus acie uictus pacem peteret, quia maioris gloriæ materiam uidit esse in Europa, socius cum Sultano fecit: & rediens in Europam, instructa classe, & contractis copijs traiecit in Italiam, & oppugnauit Hydruntem: ac tantum terroris Italiæ incussit, ut iam Romanus Pontifex fugam pararet, omnia erant in Italia & Gallia bellorum plena. Deinde non solum Turcarum uires, sed multò magis Ducis felicitatem, scientiam rei militaris, uigilantiam & celeritatem, omnes gentes formidabant. Memini me puero hunc tanquam Alexandrum alterum prædicari, eiusque uirtuti & felicitati prona omnia uideri. In tanta trepidatione nostrorum, Deus clementer respexit Ecclesiam suam, & illi Tyranno iam Italiæ aditum tenenti manus iniecit: eumque ne funditus Christianum nomen, a-

C 3

ras

ras nostras, & sacratissimam religionem dele-
ret, e medio sustulit, atq; extinxit. Hoc be-
nescio clarissime testatus est Deus nos sibi cu-
ra esse. Quod quidem si agnoscimus, cogite-
mus, nos quidem, eò seruatos esse, non ut ociosi
perpetuò grassari in Ecclesia Turcas sinamus,
sed ut excitati nos quoq; cura Ecclesiæ liberan-
dæ & defendendæ afficiamur, & sciamus Deum
rem tam piam suscipientibus affuturum esse.
Nam nos quidem, quibus Reipublicæ defensio
commendata est, non alium Deo cultum gratio-
rem præstare possumus. Diuinitus & illud ac-
cidit, quod non nihil retardarunt uictoriarum
Mahometi cursum fortissimi uiri, primum Io-
annes Hunniades, deinde Georgius Scander-
begus, & Rex Hungariæ Matthias. Libenter
enim commemoro, ut cogitetis salutem Ecclesiæ
Deo curæ esse, & ut debitum uirtutis testimo-
nium, his ducibus optime meritis tribuamus.
Hos enim Antagonistas, ceu murum, opposuit
Deus ruenti Mahometo, ne subito impetu uni-
uersam Europam opprimeret. Primum in Pan-
noniam ingressus, magno prælio uictus est ab
Hunniade. Deinde remorata est eum per mul-
tos annos Macedonia. Nam quoad uixit Scan-
derbegus, repressit Barbarum, & singulari uir-
tute & felicitate patrium regnum defendit.
Hoc mortuo tandem Macedonia, tam diuturno
bello

bello uexata, sine certamine Mahometo cessit.
Matthias aliquot prælijs deterruit eum ab
Hungaria: Adhæc, arcem ei Sabaceam, truci-
dato exercitu Turcico, eripuit. Extincto igitur
Mahometo paulisper respirauius. Nam
& domestica dissensio mortem eius sequuta est:
Sed aliquantò post, sedatis discordijs intesti-
nis, iterum uicinis regnis bella inferunt. Pazai-
tes Methonam Venetis ingenti certamine eri-
puit. Quid nunc Selinum? nonne uidetis do-
mita Syria & Aegypto, Hungariæ audacissi-
mè bellum inferre? à qua nisi eum depellimus,
quàm facile erit Turcis postea per occasionem,
irruptiones in Germaniam facere quoties ue-
lint. Ac mihi credite, non solum fortiter, sed
etiam magno consilio Turcæ belligerantur, in-
tenti in occasiones: nec omnia simul occupare
conantur, sed arce aliqua belli capta, paulatim
tentant uicina loca. Ad hoc accedit assiduitas,
qua creuisse magna imperia præcipue uide-
mus: Vbi semel pedem posuerunt, inde non
facile depelluntur. Deinde communis ijs lo-
cis, quæ occuparunt, tum demum arma profe-
runt ulterius. Quare etiam si Germaniam non-
dum attingunt, quanquam sæpe iam in Carnas
fecerunt irruptiones: tamen ubi Hungaria poti-
ti fuerint, erunt intenti in omnes occasiones, ut
nos imparatos, aut distractos intestinis discor-

dijs opprimant. Si, ut Bulgaris, ut Valachis imperarent, nullos labores, nulla defugerunt pericula, quanto magis, Germaniam atque Italianam, ipsas quidem arces Christiani nominis appetent, quas, si tenerent (quod prohibeat Deus) non solum Imperij magnitudine ueteres Romanos æquarent, sed etiam totam Christianam religionem delesse sibi uiderentur. Haberent accessionem tantam uirium, ut reliquæ nationes sine ullo certamine cessuræ essent. Et uos qui nunc arma geritis, ne Christi nomen aboletur, quique ueram religionem, & libertatem uestram defenditis, postea aduersus Christum pro nefaria impietate militare, Tyranno seruire, & fustes expectare alicuius Scythæ, cogere remin. Quæ immanitate Domini in coniuges uestras, ac liberos usuri essent? Verecundè dici non possunt ea, quæ non tantum in captiuos, sed etiam in suos committunt. Illud tantum recitabo: Capto Byzantio Imperatoris Constantini caput, ceruici abscissum est, id Mahometus fixum gestari per urbem iussit in pilo. Eius uero coniugem ac filios, non ita sanctè, ut Alexander Macedo Darij regis matrem & coniugem, captiuas habuit: sed in conuiuium adductas tradidit flagitiose stuprandas suis satellitibus. Eadem in alijs regionibus accidere captiuis credibile. Nunquam dicam fortem esse uirum,

rum, quem talia exempla non mouent, qui non summa animi cupiditate desiderat, ut statim pugnae signum proponatur. Itaque cum necesse sit uobis tueri ueram religionem, libertatem nostram, coniuges, liberos, leges, ac disciplinam publicam, adhortor uos ad huius iustissimi ac necessarii belli societatem. Maiores nostri quantas res gesserunt? ut in Asia reprimerent Mahometicam barbariem. Illi non dubitant, talem hostem procul querere: nunc Turcæ regnum nobis uicinum inuasit: nec tam Pannonia, quam Germaniæ bellum denuntiant. Multos iam annos Hungarorum uirtute barbaries illa est à nostris ceruicibus depulsa, nos uicissim nationi bene merita, defensionem debemus. Manes etiam fortissimorum uirorum qui in acie propter communem libertatem ceciderunt, flagitant, ut suæ patriæ mutuam gratiam referamus: quanquā re ipsa non minus periculi nobis, quam Hungariæ impendet.

Reliqua est altera pars deliberationis, quantis copijs res gerenda sit, quo in loco bellum inferendum, unde com meatus subuehendi. si animi non abhorrent ab hoc bello: hæc deliberatio facilis erit. Nam summus Pontifex, rex Hispaniæ, & Veneti, classem instruent: & ciuitates in litore Epyri & Peloponesi sitas, inuadent. Nostrer exercitus cum Gallicis & Anglicis auxilijs,

in Pannonias ducendus erit. Nam ideo prope-
ramus, ut hoc regnum Turcico latrocinio libe-
retur: Inde in Illyricum transferri bellum erit
commodissimum. Formulam etiam propono
quantum pecuniæ, quantum equitum, ac pedi-
tum singulis Principibus Germaniæ imperan-
dum esse putem. Commeatus ut Danubio con-
uehantur, à me certò prouidebitur. Quare si,
ut spero, hoc bellum expetitis, deliberationem
ita instituetis, ut de formula inter uos conueni-
at. Nam propter hanc præcipuè hic conuentus
indictus est: non sumtus, non labores, non peri-
cula detrectabitis, si statuetis Deo uos hoc offi-
cium debere, ut hoc bellum summo studio susci-
piatis. Christus in extremo iudicio rationem à
nobis poscet, si, cum Imperij summa dignitas sit
penes nos, deseremus cæteras nationes, si non su-
scipimus defensionem Christianæ Reipublicæ.
Genus hostium non extenuaui. Errant enim si
qui putant Turcas ignauos aut imbelles esse.
Tot uictoriæ indicant, eis nec scientiam rei mi-
litaris, nec fortitudinem deesse. Polliceor tamen
letum belli exitum, quia Deus fauet iustis &
pijs consilijs: ac certum est suam conseruatu-
rum Ecclesiam. Seruat autem non otiosos, sed
facientes officium, & serio opem eius atq; auxi-
lium implorantes. Nec multitudinem hostium,
nec uires pertimescimus: sed ut docet nos Psal-
mus,

mus, Illi in curribus & in equis, nos autem in no-
mine Dei nostri omnia geremus.

Postquam perorauit Imperator, Principes
aliquantisper, ut sit, collocuti sunt: & quia ex
Imperatoris oratione intellexerant non solum,
quàm necessarium esset hoc bellum, sed etiam
quæ futura essent auxilia, cum scirent se nec
communi saluti nec studijs aliarum gentium de-
esse debere: dant negotium Alberto Archiepi-
scopo Moguntino, Principi Electori, ut de bel-
lo uoluntatem ipsorum Cæsari exponeret: se
Deo gratias agere, quod pace inter Christiani
nominis Reges constituta, tandem hoc bellum su-
scipi posset, ac libenter se uenturos esse in socie-
tatem tam gloriosi & pij belli, omnesq; opes &
uires suas ad communem defensionem collatu-
ros. Quare statim uelle se deliberationem de
formula instituere, & quid ipsis uideretur, Im-
peratori indicare, ut quàm primum conuenire
posset. Formula complectebatur quantum equi-
tum & peditum singuli Principes & Populi
mittere deberent. In hac parte nihil mutatum
est: Nam militiam nemo detrectabat: Liben-
ter enim singuli suis stipendia daturi erant.
Sed præter hæc, in formula erat nouum tri-
buti genus, ut Episcopi & Sacerdotes deci-
derent de suis redditibus decimas conferendas
in belli sumtus: reliqui Principes uicesimas.

De

De hac noua tributi formula sententiæ Principum uariabant. Erant enim qui libertati ueteri periculosam esse ducebant. Sed ea erat tunc quidem grauitas & Principum uirtus, ut impedire bellum priuatis curis aut affectibus, nequaquam uoluerint. Itaque et si de hac tributi formula dissenserant, tamen statim conuenit ita, ut certum numerum equitum & peditum singuli mitterent, & his stipendia soluerent ipsi. Deinde ut tributa singuli indicerent in suis ditionibus pro facultatum modo, eaque ad Cæsarem retulerunt. Qui collaudatis Principum uoluntatibus, tandem de tributo decreuit, ut singuli cum in suas ditiones redissent, subditis consilium & uoluntatem Cæsaris proponerent, & re deliberata, tantæ publicæ utilitatis causa, tributa indicerent. Et quia totam deliberationem de apparatu belli ante proximum Ver perfici uoluit, addidit decretum, se proxima hyeme in Epi-
phanis iterum acturum esse conuentum: ad quem ut Principes afferrent formulam & modum tributorum mandauit, ne in mora essent bellum moturo.

His actis Imperator conuentum dimittit circiter festum Diui Bartholomæi: inde in Austriam proficiscitur. Egregios autem conatus & optima eius consilia luctuosissimus toti reipublicæ casus anteuertit. ipse enim extinctus est pridie Idus Ianuarias. Anno M. D.

XIX. cum quidem paucos dies febricula, & cito aluo laborasset. Extat genesis Maximiliani, quam huic historie inferendam duxi: quod quidem non facio nouo exemplo: Nam & Plutarchus Romuli genesin inquistam esse scribit, & Suetonius quædam commemorat de genesis Augusti. Sed quod rariora extant in historijs, huius rei exempla, partim scriptorum inscitia in causa est: partim eo accidit, quia uel non extiterunt descriptæ geneses clarorum uirorum, uel amissæ fuerunt tunc, cum res eorum mandarentur literis. Quod si prodigia & cætera signa quæ nascentibus regibus aut præstantibus uiris magnas felicitates, aut uarios casus denunciarunt, boni scriptores recitanda esse duxerunt, multo magis cælestes significationes commemorande sunt, quæ minus sunt obscuræ prodigijs. Nec uero dubito, quin docti & prudentes meum consilium magnopere probaturi sint, propterea quod, quæ uis sit significationum cælestium, & quæ fides sit artis illius quæ de effectibus syderum præcipit, maxime in talibus exemplis perspicui potest. Quam ob causam Ptolemeus testis est, Aegyptios habuisse uetustissima uolumina, in quibus plurimorum Regum & aliorum præstantium uirorum non solum geneses descriptæ fuerunt, sed etiam adiecta iudicia & historie euentuum, ut posteritas teneret ex-
empla

empla obseruationum coelestium. Ac si uir sapientissimus Pomponius Atticus à Plutarcho laudatur, quod Astrologo Tarutio mandatum dederit inquirendi genesin Romuli, spero meam in hoc genere diligentiam etiam ad posteritatem gratam fore. Postremo ipsius Maximiliani honori hoc officium tribuamus, quem scimus has pulcerrimas artes non solum amasse, sed etiam præclarè intellexisse, ac iudicasse earum cognitionem inprimis dignam principibus uiris, & ad multos in uita casus gubernandos utilem esse. Natus est Maximilianus in Noua ciuitate Austriæ XI. Cal. Apr. Hora tertia à meridie, Anno M. CCCC. LIX. fuitq; in horoscopo, seu ascendens, quartus gradus uirginis, unde colligi reliquarum domorum constitutio facile potest. Et si autem non est nostri instituti, interpretari genesin, tamen cum compareant in ea non obscuræ significationes ingenij & fortunæ Maximiliani, putau quasdam illustriores ascribendas esse: Ceteras relinquo artificibus dijudicandas. Nam & ingeniorum descriptio (ut ego quidem arbitror) ad historicum pertinet. Multum enim conducit in uita naturarum dissimilitudinem considerare, & fortassis non est ingratum uidere aliquas euentuum significationes. Constat autem mirificam fuisse in Maximiliano dexteritatem ingenij: facile disciplinas,

uarias

uarias artes, ac linguas percepit. Multa in re publica sagacissime prouidit: multa consilij celeritate, interdum singulari arte etiam perfecit, ut mihi cogitanti, quorum ueterum ducum similis fuerit, uideatur Adriani Imperatoris non multum dissimilis: etsi Maximilianus uir melior fuit, sed ingeniorum quædam fuit similitudo. Conferrem & ad Philippum Macedonem: sed Maximilianus fuit uir longè melior. Hanc ingenij celeritatem significant, Mercuriale signum uirgo in horoscopo, & Iuppiter in Virgine, & Mercurius in Ariete. Sunt eius rei & aliæ quædam notæ, quas iudicandas relinquo artificibus. Sed Mars in Leone in duodecima, etsi magnitudinem animi auxit, tamen ingentia ei pericula, ingentes difficultates attulit. Hoc loco Mars captiuitatem & multiplices insidias denunciare solet. In Ariete, ubi habet exaltationem, Sol imperij fastigium & rei militaris studium significauit: fortassis & dotis atque hereditatis magnæ accessionem significauit Sol & Venus in octaua domo. Saturnus in quinta infestus fuit liberis, maribus. Nam paucorum annorum interuallo tribus filiis, Georgio, Francisco, & Philippo, orbatus est. Luna in tertia auxit amorem crebrarum peregrinationum. Multa alia possunt deprehendi, si quis omnium stellarum loca diligenter conferat. Sed hæc breuiter

32 DE BELLO TVR. INFER.

uiter attigimus, quod euentus aliqui cum præceptis artis ualde consentiant, etsi ego quidem de fide artis hoc loco non disputo. Verum hanc descriptionem arbitrabar non ingratam esse in historia, præsertim cum hæc scribamus hominibus eruditis, quibus huiusmodi descriptiones, uel ad considerandam ingeniorum uarietatem, uel ad artes iudicandas, conducunt. Interitum uerò Maximiliani, omnes imperij ordines acerbissime tulerunt: nemo enim non dolebat, rem publicam tali tamq; excellenti Principe orbatam esse, alienissimo præsertim tempore, cum maxime opus erat illius & consilio & animi magnitudine ad depellenda pericula, quæ uniuerso orbi Christiano imminebant. Magno igitur luctu & ornatissimo funere elatus est, heros omni seculorum memoria dignus: estque in Noua ciuitate Austriæ humatus, sub maiori ara, in templo arcis.



